



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Matthæus Ap. & Eu. 21. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

588 VITÆ SANCTORUM. 21 Sept.
clerunt. Tunc turusticanus & pauper exul-
tabis & ridebis, & dices: Ecce crucifixus
Deus meus; ecce judex qui obvolvitus pannis
in præsepio vagiit. S. Hier. ep. 1.

S. MATTHÆUS A.P. & EU.
21. Septembris.

VIdit Iudæa hodie clarum inter pauca
miraculum: Camelum scilicet per
angustias acus se penetrantem. M A T -
T H Æ U S fuit, è prædixite Publicano im-
piger Christi sectator, cuius etiam vi-
tam literis descriptam reliquit, maxi-
mam posteris hæreditatem. In Æthiopia
multa illi lucta cum Magis fuit, qui ge-
minos aliquando in Divum dracones e-
misserunt, sed quos ille quām mox cicu-
res in loca sola amandavit. Cum his
monstris etiam perfidia exulavit. Nam
cūm insuper filium regis demortuum ad
vitam revocasset, permota hujuscemodi
miris regni longè maxima pars C H R I -
S T U M amplexa est. Sed cum regnum
adiisset, qui Iphigeniam jam olim Deo
desponsam copulare sibi sacrilegus per-
tentaret, M A T T H Æ U S, quod palam
impium procum damnaret, dum ad
aram facit, securi cæsus ipse victima sa-
cerdos cadit. Continuò Iphigenia virgi-
nitatis Patrono templum ponit. Hic Rex
non amore jam modò, sed irâ etiam
ardens, ignes Virginis ædibus subjicit.
Sed

Sept.
exul-
fixus
unis

U.

uca

per

ar-

im-

vi-

xi-

pi-

ge-

se-

cu-

his

am

ad

odi

I-

im

eo

er

m

ad

a-

ji-

ex

n

r.

d

22. Sept. VITÆ SANCTORUM. 589
Sed iterum pro pudore Angelo è cælis
& D. M A T T H æ o pugnantibus , flam-
ma ad tyranni tecta volans vix locum
dedit , ut cum filio se subduceret . Nimi-
rum mors illi minimè sicca debebatur .
Sui ipsius carnifex suum denique hausit
sanguinem , qui alienum semper sitive-
rat , regnumque Iphigeniæ germano reli-
quit , sub quo (utpote Christiano) libere
jam colere Æthiopia M A T T H E U M
cœpit , cui quidem nos illud palmarium
dicimus , quod purioribus undis prius
non frustra Æthiopes laverit . Ex Lippe-
log.

*Agnosce te peccatorem , ut tecum pran-
deat Christus , intra cum peccatoribus con-
vivium Domini tui ut possis non esse pecca-
tor. Agnosce Christum , audi Dominum
tum , audi caelestem medicum : si vis cu-
ram , agnosce languorem ; si cupis miseri-
cordiam , confitere peccatum. P. Chrysol.
serm. 2. de S. Matth.*

S. MAURITIUS CUM SOC. MM.

22. Septembbris.

V Ocaverat ex Thebæâ legione jam
semel iterumque ad supplicium de-
cimum quemque Maximianus , cum ita
ad reliquos dux M A U R I T I U S : Liba-
vimus milites hodie sanguinem no-
strum , nondum litavimus . Sed bonum
factum ! litabimus , ubi nostrum cum
so-